

IMPRIMERIE DE L'UNIVERSITÉ

CORRESPONDANCE
DE
J.F. BOISSONADE


II
—
F-M

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1552

The image shows the front cover of a book. The cover is decorated with a traditional marbled paper pattern. This pattern consists of large, swirling, cell-like shapes in shades of deep red, ochre yellow, and a muted blue, all set against a light cream or off-white background. The swirls are organic and fluid, typical of hand-marbled paper. In the upper right quadrant, there is a small, white, oval-shaped library label. The label contains the text 'BIBL. DE L'UNIVERSITÉ' in a small, black, sans-serif font, followed by 'M S.' in a slightly larger font, and the number '1552' in a large, bold, black font at the bottom. The edges of the book cover show a dark, textured binding material, likely leather or cloth, which is visible at the top, bottom, and left sides.

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
M S.

1552



MS
Fiches faites

Correspondants
de
J. F. Boissier

Ms 452.

II

F. M

83

Rec. 29 D 21.
 30 mar. 22

903



205

Viro Celeberrimo Boissonade
 S. P. J.

Mehlhorn.

Benigno illo et liberali animo fretus, quo Tu Vir Cel. anti-
 quitatis studia colere et adiuvare soles, has litteras, opem
 suam beneficam implorantes ad Te mittere sustinui, quam-
 vis ignotus fere homo, primaeque rudimenta in scriptore
 edendo profecturus. Est autem hic scriptor dulcis Anacreon
 cuius reliquiae, uti habentur iam tum praecipue me tenebant,
 materiamque critici iudicii exercendi plerumque praebant, cum
 Cipsiae adhuc ante hos tres annos Hermannii et Spohnii disciplina
 utebar. Nunc ad munus Scholasticum in Silesiam vocatus et
 Anacreontica iterum iterumque evolvens, horum genuinam scriptu-
 ram et pristinam speciem certo restitui non posse, nisi ipse ille
 codex, unde Spalletti ea Romae 1781 acri incidenda curavit, denuo
 comparatur, mox intellexi. Nam cum Spallettiana scriptura ab illis
 quae dedit Ceresque, popularis Tuus Cel. ex eodem codice in libro
 inscripto: *Notices et extraits des Manusc. de la bibl. Nat. T. V. p. 468.* multis

in locis recedat, alterutram falsam esse apparet. Jam acquiescerem
fortasse in Ceresgii scriptura, dummodo plura illic exhibuisset. Requiro
autem diligentissimam, non tantum comparationem, sed, si fieri possit
descriptionem octo illarum foliorum inde a codicis pag. 87b- 69r
cum omnibus signis, accentibus, etiamsi vitiosis, notis marginalibus,
inscriptionibus, indicato paginarum initio, denique litterarum figura
uno ordine alphabetico, q. d. expressa, quo facilius de omni depravatione iudicium fieri possit. Quod si fortasse nimii laboris videatur, accuratissimam certe cum Brunscii textu collationem exoptem.
Codicem autem illum Vaticanum non cum Anthologiae codice nuper
Heidelbergam esse transportatum praefracte negat Paulsen, quem
frs Anthologiam a Jacobsio ex Spalleticano a paragrapho editam deus
cum ipso codice comparasse finemque operi in capite XIVto im-
ponere coactum esse, quod codex cetera non exhibebat. Neque con-
tinetur Wilkenii catalogo illorum manuscriptorum Anacreontis
nomen. Jam igitur si velis supplicibus verbis annuere, illaque
folia accurate describenda curare, sumtus quidem spondet libri
redemptor Reclam, bibliopola Lipsiensis honestissimus: ego vero,
si quis alius, gratissimo animo hoc benevolentiae specimen
a te accipiam, nihilque magis optabo, quam ut tibi aliquan-
do simile officium praestandi occasionem nanciscar. Quod si
praeter opinionem, nam Lonae praebabiliter non remanserit, etiam
Parisiis ille codex non inveniat, certe tristem huius nuntium,

non inveniri, velim ut pro tua benignitate ad me remittas. Neque si alia quaedam habes, quibus possit opera mea adiuvari, non pro summo Anacreontis mei, qui fragmenta quoque complectetur, ornamento habebis. Quaecumque autem agenda et communicanda mecum habes, ea per eum, qui tibi tradit has litteras, commodissime transmittentur. Est autem hic litterarum studiosus, nomine Grebel, qui cum Lipsiae rei mathematicae maxime operam dedit, a philosophorum Lipsiensium collegio publice missus est, ut Parisiis maiorem in modum animum hanc in re excolat, dignissimusque ille, quem omni benevolentia excipias. Ita vale.

Glogariae Scripsi d. XVIII. m. novembris 1821.

Fridericus Mehlhorn
A. A. C. L. M.

+ Grebel
a Paris
R. de Paris 29. au Palais

Viro Celeberrimo Baiffonari
Professori Graecarum et Romanarum
Litterarum

Panipis.

Grebel. Rostock +
Hamburg. Tab. 11. 29.